

parem judicaveris, quantum tibi et quam libenter debeam
quae ad oculorum meorum imbecillitates et vitia doctè
tu, prudenter, et cordate disseris, conabor huic corpusculo
applicare, quantum soris mea et Reipublicae administratio
sinerit. Quae ad calcem de solutione suffusionum adjici,
illita hydrargyri dudum praestita, mercurio autem dulci
deinceps tentanda, fateor magnopere aevarespem et
expectationem meam, quas ut expleas quanto citius, et
primam quaque datam occasione etiam te atque etiam
rogo Vir summe

Locheren 6. Augusti 1646.

Devotissimus humanitati
tuae.

Isaaci Hollandi nihil in manus meas
incidit quod non protinus transmissurus
sum. Investigabo autem assidue
ecquid operum Animalium et Vegetabilium
integra volumina ullibi terrarum extant
quod hactenus fando tantum compertum habes.
Scribo in Castris Locheusibus. Non: Sext: C1D1DCXLVI.

Puteano.

Brouxellam septenariam Vir summe, cujus mentionem
facio in literis ad XII. Kal. Aug: datis, plane hactenus
non vidi. neque facile ignosco, quisquis ille sit mortu-
lium, qui quid a me Puteanicum ausus est divertere
dolo, sine negligentia. si investigari adhuc potest. quom-
ne pereat inter indignas manus, quod ego, ut tuas oculos
ambabus avidè amplectar. Quae in gratiam Pastoris
H. Hordens adscripsisti. Serenissimo Principi manum
meam sedulo significari. si forte beneficium ex parte
daturo adimplere voluerit, quod rogavi mei verby
et praecipue tuis. Amas me illustrissimum saeculi
decus, et vale. In Castris ad S. Aegid: XI. Kal: Sept:
C1D1DCXLVI.

Addictissimus tibi.

C. H.

Barlaeo.

C. Hugeninij
C. Barlaeo. S. P.

Nescis quam inter has ingratisimas turbas, gratae fuerint
literae tuae, quas ante biduum e manu Filii accepi,
suavissimi